

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regularum Philosophicarum Disputatio XIIIX. continens Regulas IX.
pertinentes ad doctrinam E Jusdem, Diversi, Et Distinctionis

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Regularum Philosophicarum

DISPUTATIO XIX.

continens

REGULAS IX.

pertinentes ad doctrinam

**EJUSDEM, DIVERSI, ET
DISTINCTIONIS.**

ANequām iis, quae ad unum pertinent,,
valēdicamus, & ad alia progressum faci-
amus, exhibendus erit Titulus de *Identiti-*
tate & Diversitate, quō & *Distinctio* per-
tinet. Nam *identitas* est quædam unitas, ut ha-
bet Aristoteles *V. Metaph. c. IX. t. 16.* *Diversitas*
autem *identitati* opponitur, & quia multæ & no-
tatu dignissimæ de oppositis ocurrunt *Regulæ*,
oppositio verò sub diversitate comprehenditur,,
ideò huic Titulo *Regulas de oppositis* subjungi-
mus. Esto jam

REGULA I.

Identias major præsupponit minorem.

I. Tribus modis dicit Aristoteles *I. Top. Cap. VII.* aliqua dici eadern, numero nimirum, ut ve-
stis & indumentum, Marcus Tullius & Cicero;
Specie, ut Socrates & Callias; *Genere*, ut homo
& leo. Sed *V. Metaph. c. VI. t. 12.* præter hos mo-
dos ponit *quartum*, quo aliqua dicuntur unū vel
idem *analogia*, quorum scilicet quipiam sic se-

Eee 3 ha-

habet ad aliquid, sicut aliud ad aliud, ut fons & cor: sicut enim se habet fons ad aquam: ita cor ad animal.

II. Neque in hoc inconstantia aut contradictionis arguendus est Aristoteles: quod scilicet unum in loco plures modos unius vel ejusdem constituit, quam in altero, quia expresse cit. Cap. VII. Lib. I. Topic. inquit, se ὡς τὸ τύπων seu rudi Miner. vā genera ejusdem proponere.

III. Est autem sensus Regule: Omnia, quae in numero, sunt, eadem esse specie, & quae eadem specie, genere etiam eadem esse, & quae generis eadem, analogia quoque eadem esse, & per consequens, quae numero eadem sunt, etiam genere & analogia, & quae eadem specie, etiam analogia eadem esse, non tamen vice versa. Non enim omnia, quae specie eadem sunt, numero eadem sunt: ut patet de Petro & Paulo, qui specie idem sunt, numero autem differunt. Neque omnia, quae generis eadem sunt, specie quoque convenient: ut leo & homo. Neque omnia, quae analogia eadem sunt, genere eadem sunt: ut fons & cor.

IV. Proponit istam doctrinam clarissimè Philosophus cit. t. 12. V. Met. his verbis: Semper autem posteriora sequuntur priora, v. g. quaeunque numero unum sunt, ea omnia & specie unum sunt, quae autē specie, non omnia numero, sed generis unū omnia, quaeunque & specie, quæcunq; verò sunt numeris genere, non omnia specie, sed analogia, quae

autem
Maxim
Aristot
specifi
um illa
V. v
tates. I
quod r
Aristo
ratione
men no
dūsor
hic au
non su
& dūs
VI.
am, su
cibus
singul
Mera
specie
sub eā
quae si
nem b
seque
VI.
quae n
ea, q
unum

autem analogia unum, non omnia etiam genere.
Maxima igitur identitas est numerica, quod &
Aristoteles o. VII. L. I. Top. testatur; minor est
specifica; adhuc minor generica; minima omni-
um illa est, qua est *natura analogiae*.

V. Verum hic sese offerunt nonnullae difficul-
tates. I. Quod aliquid potest esse numerō unum,
quod non sit unum specie: quod apertè testatur
Aristoteles I. Phys. 60. ubi dicit, *id, quod in gene-*
ratione subjicitur, et si unum numerō est, specie tamen
non esse unum, ut, cum ex *αριθμῷ* aut homine
αριθμῷ sit *μονίς*, idem numerō sunt *hic homo &*
hic αριθμός. nec tamen idem sunt specie, quia
non sunt idem ratione seu essentiā: *hominis enim*
& *αριθμοῦ* essentia est diversa, ut ait Aristoteles.

VI. II. Deus & actus purus, vel ens per essenti-
am, sunt idem numerō: significatur enim his vo-
cibus eadem individua res, & idem singulare. At
singulare exponitur, quod est unum numerō III.
Metaphys. cap. III. t. 14. & tamen nec genere nec
specie idem sunt; specie enim eadem sunt, quæ
sub eadem specie continentur, & genere eadē,
quæ sub eodem genere. At Deus juxta commu-
nem sententiam sub nullō est genere, & per con-
sequens sub nullā etiam specie.

VII. III. Id, quod asserit Aristoteles: *Quaecun-*
que unum genere sunt (& per consequens etiam,
ea, quæ sunt unum specie, & unum numerō) *esse*
unum analogia, verum esse non videtur. Nam Pe-

trus & Paulus, qui idem specie, & ex consequente idem genere sunt, non videntur esse unum analogia; quæ enim inter eos intercedit analogia? Et res clarissima est in iis, quæ sunt idem numerò: quæ enim inter Marcum Tullium & Ciceronem, quæ voces synonymæ sunt, & idem numerò, in modo plane & simpliciter idem significant, intervenit analogia?

IX. Ad I. potest responderi, hunc hominem & $\alpha\mu\gamma\sigma\tau\omega$ vel hunc $\alpha\mu\gamma\sigma\tau\omega$, intelligendo eundem hominem, esse unum numerò, quantum ad materiale scilicet id, quod significatur in recto; arque sic etiam unum esse specie: quod enim utroque termino, hic homo & hic $\alpha\mu\gamma\sigma\tau\omega$ significatur in recto, est hic homo, verbi gratia, Thersites, Attic vel ille homo, verbi gratia, Thersites, utique est ejusdem essentia, & sub hominæ tanquam specie specialissima comprehenditur. At quantum ad formale, non sunt ejusdem speciei, quia alia est essentia hominis, alia $\alpha\mu\gamma\sigma\tau\omega$ ut $\alpha\mu\gamma\sigma\tau\omega$ est, seu ipius $\alpha\mu\gamma\sigma\tau\omega$, h.e. ignorantia, per quam aliquis est formaliter $\alpha\mu\gamma\sigma\tau\omega$. Hac autem ratione ne unum quidem numero videntur, quia non sunt idem numero homo & ignorantia Musica.

IX. Javellus in Comp. Log. Tr. IV c. II. identatatem maximam seu numericam constituit duplum, essentialem, qualem dicit esse inter synonyma, ut Marcum Tullium & Ciceronem; & accidentalem, qualem esse statuit, cum idem significa-

, tut

tur duobus nominibus, quorum unum substantiam significat, alterum proprium vel accidens ejus, ut si dicam: *Hic homo, hoc risibile, & hoc album*, & eundem intelligam. Quæ distinctio certè fundamentum habet in ipso Aristotele, qui cit. Cap. VII, L. I Top. Solet autem, inquit, & hoc, nempe idem numero, multis modis dici, & maximè propriè quidem & primum, quando nomine aut definitione eadem dicuntur, ut *indumentum* & *vestimentum*, nec non *animal pedestre bipes*, & *homo*. 2. Cum proprio eadem dicitur, ut *scientia susceptivū* & *homo*, id est, quod naturā sursum fertur & ignis. 3. Cum ratione accidentium, ut *sedens vel Musicū* & *Socrates*: hac enim omnia unum numero significant. Sic Aristotelis primum modum identitatis vocat Javellus *essentialē*, secundum & tertium *accidentalem*.

X. Respondet igitur jam Javellus *identitatem* numericam presupponere reliquas, si sit *essentialis*, h. e. quando idem numero dicitur καὶ ἐστι τὸ οὐκ περιττό, nempe nomine aut definitione: ut *vestis* & *indumentum*, *homo* & *animal pedestre bipes*, non solum idem numero sunt, sed & specie & genere, ut patet. At si sit *accidentalis*, h. e. cum idem numero dicitur proprio aut secundum accidens, tunc id non necesse esse; id quod probat §. V.

XI. Scaynus in annotationibus dicit, illa esse unum numerō non secundum se, sed secundum

Eee 5 acci-

consequen-
tia
unum ana-
logia
em nume-
& Cicero-
n numerō,
ant, inter-

unc homi-
lligendo e-
, quantum
ir in recto;
d enim u-
significa-
Thersites,
rsites, uti-
e tanquam

At quan-
iei, quia-
t à 1800
per quam
em ratio-
quia non
Iusice.
L'identi-
uitduplo
synony-
; & acci-
significa-
tut

accidens, quatenus nimirum in Socrate eodem se-
dens vel musicum reperitur. Unde si in Socrate
sunt per accidens unum numero, per accidens es-
se unum & specie, & genere, & proportione, re-
spectu individui subjecti, in quo sunt, & cui conve-
niat & species, & genus, & analogia quædam.

XII. Ad II. ut respondeam, puto, dici posse, du-
plex esse, individuum vel singulare seu unum nu-
mero: quoddam collocatum est sub specie aliqua,
& per consequens etiam sub genere aliquo, ut Pe-
trus, Bucephalus: quoddam non continetur sub
specie, & per consequens nec sub genere, ut Deus.
Quæ diversitas non occurrit inter genus & speci-
em. Genus enim esse non potest, nisi sub se habeat
speciem, & species non potest esse, nisi sit sub ge-
nere: quod de specie subjicibili manifestum est.
Et ratio diversitatis ea est, quod genus & species
(subjicibilis) sunt correlata. At individuum, sim-
ulare, unum numero, sunt voces absolutæ, nec
important formaliter relationem ad speciem aut
genus. Ex quâ doctrinâ sequitur, non posse esse
aliqua idem specie, quæ non sint idem genere.:
cùm enim idem specie sint, quæ continentur sub
eadem specie, omnis verò species continetur sub
aliquo genere, fieri non potest, ut aliquid sub ea-
dem continetur species, quin sub eodem quoque
genere continetur. Poteſt autem fieri, ut aliqua
sint idem numero essentialiter, nec tamen idem
species. Si enim aliquid singulare sive idem numero
est,

est, quod non continentur sub specie, ex terminis patet, posse esse aliquæ numerò idem, etiam essentialiter, (ut Deus, & actus purus seu ens per essentiam) quæ non sunt idem specie. Limitanda igitur erit Regula; Identitas numerica essentialis presupponit specificam. Sive; Quæ sunt idem numero essentialiter, sunt idem specie nisi res significata per nomina sit singulare seu unum numero, sub nulla specie contentum. Hæc mea est, salvō aliorum iudicio, responsio.

XIII. Quod si cui placeat respondere; Quæ idem numero sunt essentialiter, idem esse specie, vel positivè sive formaliter, quia scilicet sub unâ continentur specie, vel negative, quia scilicet non continentur sub diversis speciebus, seu quia non differunt specie, (quâ ratione Deus & actus purus seu ens per essentiam sunt idem species, non autem specie differunt, h. e. non sunt sub diversis speciebus) illi per me id facere licebit.

XIV. Quantum ad III. omnino arbitror, non omnes alias modos identitatis presupponere cœum, qui est κατ' αὐλογίαν, quod vel in iis, quæ numero idem sunt, manifestum est. Non enim est identitas analogica, nisi inter duas diversas res in ordine ad alias duas res, in hoc scilicet consistens, quod hæc res ad illam ita se habet, sicut alia ad aliam. At in identitate numericâ, imprimis quæ est unum numero essentialiter, non sunt duæ res, sed una simpliciter, & nullâ ratione à se differens.

XV. Verum in loco Aristotelis non levis meo judicio, est difficultas. Fonseca in illum textum plures assert responiones, quarum duæ si non satisfaciunt, nescio quid dicendum sit. Prima est, quod cum Aristoteles tradit, *omnia ea, quæ sunt genere, & per consequens etiam, omnia ea, quæ sunt specie* & *numero idem, esse unum analogia, sensum esse negativum diversitatis analogicæ, quasi dictum sit, non esse diversa secundum analogiam.* Quem exponendi modum etiam §. III. adduximus, nec parum est usitatus ille apud Autores. Altera est ea: *quæ cum aliquo sunt idem numero, vel specie, vel genere, esse etiam analogice eadem cum aliquo, licet non cum eodem, cum quo scilicet dicuntur idem numero vel specie vel genere.* Vult nimis hoc, quod licet v.g. inter Ciceronem & Marcum Tullium, qui idem numero sunt, nulla intercedat analogia, cum significatum horum nominum planè sit idem, Ciceroni tamen eum alio intercedat aliqua analogia. Quatenus responso dura, neque instituto Aristotelis consentanea Fonsecæ videtur, eam tamen innui a Scayno in verbis supra citatis existimo. Alias responiones, & inter eas etiam illam, quam Soarius in Indice locuplet. proponit, *quæ mihi non probantur, adducere & axaminare tempus non permit.*

tit.

REGU.

REGULA II.

Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, de Sophist. Elench. Cap. VI.

§. 8.

I. Elicitur hoc axioma ex *III. Phys. t. 10.*, eoque abutuntur Anti-Trinitarii ad distinctionem realis personarum in divinitate improbandam. Cum enim tres personæ realiter sint idem essentia divina, sequitur, eas etiam realiter idem inter se esse. Thomistæ id etiam usurpant contra Scotum & Nominales, qui potentias animæ ab ipsâ animâ realiter non distinguunt. Si enim, ajunt, potentiae animæ sunt idem uni tertio, nempe ipsi animæ substantiaz, sequitur, eas quoque easdem esse inter se, & per consequens inter se non distinguiri.

II. Varijs varia excogitarunt hujus Regulae explicationes & limitationes; nos breviores erimus. Thomas P. I. Q. XXVIII. a. III. dicit, eam valere in iis, quæ sunt eadē uni tertio re & ratione, quod & Capreolus sequitur. I. dist. II. quest. II. a. I. Et certè hic sensus fundamentum habet in *cit. t. 10. L. III. Phys.* Ibi enim probaturus Aristoteles, motum esse actum entis in potentia, non quatenus actu est, sed quatenus potentia est, docet, cum subjectum motus sit & actu & potentia, (sicut v.g. æs, ex quod statua fieri potest, actu æs est, & potentia statua), non idem esse *κατὰ τὴν λόγον ratione*

sec

REGU-

n levis meo
lum textum
æ si non sa-
Prima est,
a, que sunt
nia ea, qua
alogia, sen-
gicæ, quasi
analogiam.
II. adduxi-
d Autores,
dem nume-
analogice
odem, cum
l specie vel
et v.g. inter
em nume-
a significa-
Ciceroni
ogia. Quæ
o Aristote-
tamen in-
stimo. A-
am, quam
quæ mihi
minare

seu formaliter subjectum motus, ut v. g. æs actu esse æs, & potentia esse statuam. Quod ut demonstret, sumit exemplum à contrariis. Ponamus, subjectum morbi & sanitatis esse sanguinem; statuit Aristoteles, non esse ratione idem, sanguinem aequaliter, & potentia valere seu sanum esse; nam alias etiam idem esset, actu esse sanguinem, & potentia ægrotare, cum sit pars ratio. Probat autem, quod potentia valere, & potentia ægrotare, non sint idem ratione cum hoc tertio, quod est, sanguinem aequaliter esse, quia alias essent eadem inter se ratione, (at certè non sunt ratione eadem inter se, potentia valere, & potentia ægrotare, alias enim valere & ægrotare ratione idem essent) quæ consequentia non aliunde, nisi ex axiome nostro robur habet, nempe, quæcumque sunt eadem ratione unitertio, sunt quæcumque ratione inter se eadem.

III. Sunt, qui sensum istum rejiciunt, propterea, quod hoc axioma sit fundamentum consequentiarum Syllogistarum, quatenus nimis velit, quod, quando duo extrema conjunguntur unitertio, nempe termino medio, (in præmissis) tunc etiam inter se (in conclusione) sint conjungenda. At si, inquit, principium istud loquitur de iis, quæ re & ratione unitertio idem sunt, tunc non distinguerentur tres termini in Syllogismo, sed semper idem inferretur ex eodem.

IV. Nos dicimus, Regulam hanc utique veram esse de iis, quæ re & ratione eadem sunt uniter-

tio;

tio; i
ductu
se etia
one u
tio §.
cipiu
aliqu
dem
Gabri
se) id
dam
Philo
sed re
quam
ratio

V.
scrib
terti
porti
mod
ratio
uni te
ter se
ad ci

VI.
ad ve
tio si
unit
mani

tio; id quod clarè discursus §. II. ex Aristotele ad-
ductus ostendit; sed non solum. Extendit enim
se etiam ad ea, quæ aliò modò, & plus quam rati-
one unius tertio eadem sunt. Neque plus probat ra-
tio §. preced. adducta, etsi ponatur, eam esse prin-
cipium consequentiæ Syllogisticæ. Certè, quia
aliquem Theologum & Philosophum esse, sunt i-
dem unius tertio, nempe Gabrieli, (ponunt enim,
Gabrielem simul Philosophum & Theologum es-
se) ideo inter se idem sunt, ita ut dici possit: *Quis-*
dam Philosophus est Theologus. Ubi certum est,
Philosophum esse, & Theologum, non ratione,
sed re solum & subjecto idem esse cum Gabriele:
quam ob causam & Philosophus & Theologus non
ratione & conceptu, sed re solum inter se idem sunt

V. Unde rectè Suarez, *Disp. Met. III. s. III. n. 8*
scribit, illud axioma: *Quaecunque sunt eadem uni*
tertio, sunt eadē inter se, intelligendū esse cum pro-
portione. Nam si sunt eadem re unius tertio, simili
modò erunt eadem re inter se, poterant autem
ratione esse diversa. Si autem re & ratione sunt
uni tertio eadem, erunt eodem modo eadem in-
ter se; quamvis id non sit ad palatum Cajetano
ad. cit. loc. *Thomæ.*

VI. Cæterum vulgata explicatio est, requiri
ad veritatem Regulæ, ut aliqua sint eadem unius ter-
tio singulari: nam fieri posse, ut aliqua idem sint
uni tertio universalis, nec tamen inter se sint idem,
manifestum est. Nam homo & leo sunt eadē ani-
mali:

g. ex actu
t demon-
amus, sub-
u; statuit
guinem a-
e; nam a-
m, & po-
st autem,
are, non
sanguini-
inter se ra-
inter se,
las enim
quæ con-
e nostro
ratione
m.
propte-
n conse-
velit,
ntur uni
(lis) tunc
ngenda,
ur de iis,
nc non
no, sed
e veram
ini ter-
tio;

mali: namque & homo est animal, & leo est animal; nec tamen sunt eadem inter se; non enim homo est leo; eademque est ratio omnium, quæ specie differunt, sunt enim idem cum genere, inter se tamen idem non sunt.

VII. Dicis: Tres personæ sunt idem essentia divina, quæ est aliquid singulare; nec tamen inter se sunt idem.

IX. Respondent addendô id, quod scilicet ita debeat esse singulare, cui aliqua idem sunt, ut sit quoq; incommunicabile. Jam licet essentia divina sit singularis, quia tamen communicabilis est tribus personis, ideo non mirum esse, illas personas non esse inter se idem, et si essentia idem sint.

X. Nempe, licet essentia divina singularis sit, refert tamen naturam universalis, in eo nimirum, quod, sicut universale prædicatur de pluribus; (ut homo de pluribus & diversis suppositis, Petro, Paulo, Johanne, &c. sic divina essentia prædicetur de pluribus realiter distinctis suppositis seu personis, contra ingenium aliorum singularium. Per hoc tamen essentia divina nō est numeranda in rebus universalibus, sed est & manet maximè singularis, propterea, quod de natura & ratione universalis est, ita de pluribus prædicari, ut in illis multiplicetur, (sicut humana natura multiplicatur in Petrō, Paulō, & Johanne, sunt enim tres distinctæ in illis humanae naturæ, & ipsi sunt tres homines) at divina essentia nō multiplicatur in divi-

nis per
nec tr
illa el
gulari
cedat a
multis
requir
Et per
Anti T
X.
gistica

dicit S
logis m
si fiat,
Syllog
erit co
C
F
E
Sed sic
ter, tan
vina, es
Gregor
XI.
me, no

nis personis: non enim tres sunt essentiae divinæ nec tres Dñi, sed tres personæ. Sic ergo dici potest, illa esse eadē inter se, quæ sunt eadē uni tertio singulari, quod scilicet ita singulare est, ut non accedat ad naturam universalium in eo, quod de multis prædicetur. Ethoc est, quod alii dicunt, requiri, ut illud singulare sit incommunicabile. Et per hoc jam responsum est ad argumentum Anti Trinitariorum §. 1. adductum.

X. Quod si igitur argumentum in forma syllogistica proponatur, hoc modo.

Essentia divina est pater.

Essentia divina est Filius, vel Filius est essentia divina.

E. Filius est Pater.

dicit Scotus I. Prior. Q. XI. hunc & similes Syllogismos debere exigi ad dictum de omni; quod si fieri Majorem falsam reddi. Ut igitur positus Syllogismus ad dictum de omni conformetur, sic erit constituendus:

Omnis quod est essentia divina, est Pater.

Filius est essentia divina.

E. Filius est Pater.

Sed sic licet verum sit hoc: *Essentia divina est Pater*, tamen haec Major: *Omne quod est essentia divina, est pater, est falsa*. Vide ibid. Scotum & Gregorium I. dist. V. q. I.

XI. Quantum ad dubium de facultatibus animæ, non est difficile Scotistis & Nominalibus re-

Fff

spons

spondere. Qui enim statuunt, facultates esse: idem cum animâ realiter, possunt etiam concedere, eas inter se realiter idem esse, v. g. reipsâ intellectum esse voluntatem, quamvis non sequatur inde, eas nec ratione distingui.

XII. Plura de hac Regula videri possunt apud Durandum III. disp. XXI. q. I. Gregorium I. disp. XXXIII. q. I. ad tertium principale. Marsilium, I. Q. VI. art. III. Soarium l. c. Varquez Part. I. Tom. II. disp. CXXIII. n. 2. & seqq. Mendozam disput. X. f. XVI. Arnisäum in notis ad Crellium Lib. III. c. LX. & alios.

REGULA III.

Quorum casus & conjugata sunt eadem, illa ipsa sunt eadem. Aristoteles VII.

Top. c. I. §. 2.

I. Agit Aristoteles l. c. de Locis legiūdem & diversi, ex quō nonnullas huc transferentur maximas. Loquitur autem de iis, quæ unum sunt κυριότατα primario vel maxime propriæ, nempe, quæ sunt idem numero, & quidem formaliter & simpliciter, quemadmodum §. III. Aristoteles pse vocat ἀπλῶς τοῦτα. Et dicit rectè Schegkius in hunc loc. ea, quæ ratione definitionis unum sunt, utrum numero esse dici: quod est secundum ipsum Aristotelem l. Top. c. VI. supra Reg. I. allegatum, & Lib. II. omnium maxima unitas, ait, & identitas seu tautotitas est formalis, cuius probatio

h. l.

ultates esse: h. i. instituitur, excludens scilicet omnem diversitatem conce-
g. reipsa in-
on sequatur
ossent apud
trum I. diff.
Marsilius,
vez Part. I
Mendozam
d Crelleum
adem, illa
VII.
leguidem &
terius ma-
nus sunt
& nempe
maliter &
istoteles;
Schegki-
onis unum
secundum
eg. I. alle-
as, ait, &
probatio
h.

II. Quod ad præsens axioma attinet, per co-
jugata abstractum & inde deductum denominati-
vum vel concretum, per casus autem advenia ab
sis derivata intelligi, cuilibet, puto, notum est: &
res ipsa apud Aristotelem loquitur.

III. Valet autem etiam negativè Regula: Quo-
rum casus & conjugata non sunt eadem, illa ipsa e-
adem non sunt: ut si Justitia est idem quod fortis-
tudo, etiam justus erit idem quod fortis & justè i-
dem quod fortiter: quod si Justitia non est idem
quod fortitudo, nec justus erit idem quod fortis;
nec justè idem quod fortiter. Hinc probari pot-
est, in justitiam & iniquitatem idem esse, propte-
re, quod injustum & iniquum, injustè item & i-
nique idem sunt.

R E G U L A IV.

*Quorum opposita sunt eadem, illa ipsa sunt
eadem.*

Et:

*Quorum opposita non sunt eadem, illa ipsa
non sunt eadem.*

Ut, si idem sunt candidum & album, etiam, a-
trum & nigrum idem sunt, & si illa non sunt
idem, neque hæc idem erunt. Ita si nihil & non
esset.

ens idem sunt, vel non sunt, etiam aliquid & ens idem sunt, vel non sunt, quoniam aliquid & nihil, ens & non ens opponuntur.

REGULA V.

Quae eadem sunt, eorum origines & interius, ut τὰ ποιητικὰ & τὰ Φιλολογικὰ eadem sunt.

I. Illustrat Schegkius hanc propositionem exemplo, quod à destructione consequentis ad destructionem antecedentis argumentatur: Si felicitas & voluptas idem sunt definitione seu simpliciter, ut visum Eudoxo fuit, utriusque etiam efficiens esset idem. At virtus felicitatis, tanquam *έργειας*, causa est, voluptatis autem per se effectrix causa virtus non est, sed *θηρίον νόμον* & quasi symptoma est quoddam energiae sentientis aut intelligentis animæ optimè secundum naturam habentis voluptas.

II. August. Niphus putat, hoc axioma esse *άντιστροφον*, h. e. converti ita, ut *quorum generationes & corruptiones eadem sunt*, illa ipsa idem sint, & producit pro se Aristotelem qui *IV. Met. c. II.* colligit, ens & unum idem esse, ex eo, quod generatione & corruptione non separantur, h. e. (ut ait Niphus) quod eorum generatio & corruptio eadem sit.

III. Verum Schegkius *άντιστροφον* negat, idque probat inde, quod simul efficiuntur & perimuntur.

tur sub
forma
idem
dem,
mur, id
corrupt
IV.
aliorū
ruptiv
dem.
nit, &
efficien
πληρ
runt, n
ma, c

V.
quod,
effectr
sæ effi
sint ea
sic eti
id, qu
morb
sa ovu

VI.
respon
est, qu
απλω
aliquic

quid & ens
uid & nihil,
in' teri.
elina
itionem ex.
entis ad de-
tur: Si simili-
e etiam effi-
ranquam
r se effectrix
ov & quasi
entis aut in-
aturam ha-
ioma esse
um genera-
ipsa idem
i IV. Mit-
eo, quod
entur, h.e.
& corrup-
gat, idque
perimun-
tus

tur subiectum & ipsius proprium $\pi\alpha\theta\sigma$, item
forma & totum ipsum: quæ tamen quod non sint
idem numero, i. e. formaliter seu definitione i-
dem, manifestum est. Tametsi, si propriè loqua-
mur, inquit, $\pi\alpha\theta\sigma$ neque generatio per se, neque,
corruptio discurrit esse.

IV. Negat quoque Schegkius, ex eo, quod
aliorū $\pi\alpha\theta\sigma$ $\pi\alpha\theta\sigma$ h.e. effectiva & cor-
ruptiva eadem sunt, colligi posse, illa ipsa esse ea-
dem. Nam *symptoma*, inquit, à morbo prove-
nit, & morbus à causa morbificā; utriusque idem
efficiens est, & sublata causa, simul morbus & $\pi\alpha\theta\sigma$
 $\pi\alpha\theta\sigma$ tollitur; nibilominus definitionibus diffe-
rent, nec sunt formaliter idem morbus & sympto-
ma, cum in sua definitione includat morbum.

V. Verum hic responderi posset Schegkio,
quod, cum dicitur, ea esse eadem, quorū cause
effectrices & corruptentes omnes sunt eadem, cau-
se efficientes morbum & symptoma non omnes
sunt eadem. Licet enim id, quod est causa morbi,
sit etiam causa $\pi\alpha\theta\sigma$, non tamen omne
id, quod est causa $\pi\alpha\theta\sigma$; est etiam causa
morbi. Nam, fatente Schegkiō, morbus est cau-
sa $\pi\alpha\theta\sigma$, nec tamen est causa sui ipsius.

VI. Ad locum Aristotelis *IV. Met.*, facile est
respondere. Nempe sermo in hac Regula de iis
est, quæ formaliter, &c. ut Aristoteles loquitur,
 $\pi\pi\lambda\omega\varsigma$ $\tau\alpha\mu\zeta$ sunt. At cum Aristoteles ex eo, quod
aliquorum, ut entis & unius, generationes & cor-
rupti,

ruptiones non separantur, colligit, ea idem esse, non loquitur de indentitate, qua aliquā simpliciter & formaliter idem sunt. Expresso enim dicens & unam idem esse, αλλ' εχεις εν λογω δηλωμα, sed non ut que unā ratione declarantur. Ceterū ubicunque Aristoteles de ratione nūius agit, ut V. Met. e. VI. & Met. e. X. c. I. & V. eā per negationem divisionis quod se si et unum sint, quæ divisa non sunt, declarat; at hæc non est ratio entis.

REGULA VI.

*Quæ sunt eadem, habent eadem accidentia.
vel ipsa sunt eadem rerum
accidentia.*

Hespinianus Lib. VII. de controv. Dial. eos, qui Paronyma, (de quibus Aristoteles in Lib. Cœt.) eadem esse statuunt cum conjugatis, (quæ Aristoteles in Top. οὐσια vocat) refellit per præsentem Regulam. Conjugata enim & Paronyma non habent eadem accidentia. Nam conjugatis accidit, quod sint abstracta; at id paronymis non accidit: abstractum siquidem est ex numero conjugatorum, & sub conjugatis comprehenditur, at nos comprehenditur sub paronymis: quis enim unquam audivit, abstractum esse paronymum? E. conjugata & paronyma non habent eadem accidentia. Sic genus & species non sunt idem, quia multa possunt accidere generi, quæ non

posse

linon
menie
sunt ic
sed &
tum in

*Quæ
ha*

I. I
dental
prædi
& est
ut qua
dicent
dicatu
plicite
dicata
ut qua
dem, e
cetur,
mā id
docet
xeror
de no
xeror



videns esse
a simplici-
e enim dici
λόγω δηλύ-
entur. Cer-
nius agit, ut
er negotio-
t, quæ divi-
ratio entis,
accidentia.
um
Dial. eos
in Lib. Cas-
tis. (qua A.
lit per præ-
& Parony-
m conjugia
paronyms
ex numero
aprehendi-
nemis: quis
Te parony-
habentea-
non sunti-
ri, quæ non
posse

possunt accidere speciei: quemadmodum anima-
li non repugnat esse quadrupes; in hominem ta-
men id non cadit. Sic voluntas & appetitus non
sunt idem, quia appetitus non hominis solum
sed & bruti est accidens, at voluntas homini tan-
tum inest.

REGULA VII.

*Quæcumque sunt eadem, etiam prædicata
habent eadem, & ipsa de iisdem præ-
dicantur,*

I. Prior Regula loquatur tantum de acci-
dentalibus prædicatis, atque concernit omnia
prædicata, sive accidentalia sint, sive essentialia.
& est à τισεοΦσ. Quæcumq; enim ita se habent,
ut quæcumque de unib; prædicantur, ea etiam præ-
dicentur de altero, & de quoenq; unum præ-
dicatur, de eo etiam prædicetur alterum, illa sim-
pliciter idem sunt. Quod si vero subjecta aut præ-
dicata discent, non erunt simpliciter eadem.:
ut quod κράτος & forma substantialis non sint i-
dem, ex eo manifestum est, quod de κράτει prædi-
cetur, compositum esse ex elementis, sed de for-
mâ id ipsum prædicari haut possit. Hac Regulâ
docet Aristoteles I. de gener. & corrupt. Αλ-
κετον & Φιορέν non esse idem formaliter, quia
de non abolitis substantialis prædicetur Αλ-
κετος, de quibus tamen non prædicetur.

Iff 4

Φιορέν

¶ Ioseph. Potest hinc etiam probari, quod etiam essentia divina & pater (eademque est ratio aliorum personarum) re ipsa idem sint, non tamen simpliciter idem sint, quia scilicet diversa habent prædicata : prædicatur enim aliquid de essentia, quod non prædicatur de patre. Essentia enim est communis omnibus tribus personis, sed pater non est aliquid commune tribus personis, cum Pater, Filius & Spiritus Sanctus divina quidem essentia & Deus sint, sed Filius & Spiritus Sanctus non sunt Pater.

II. Complectitur hæc Regula sub se præcedentem & plures alias, quas Aristoteles cit. Cap. I. Lib. VII. Top. proponit, quales sunt : Quae sunt eadem, sunt in eodem predicamento, habent idem genus, habent eamdem differentias. Quorum unum recipit intensionem, alterum non recipit, aut si unum que recipiat quidem, sed non necessario eodem tempore, illa non sunt eadem. Ut amor non est idem, quod cupiditas congregandi, licet enim utrumque recipiat intensionem, sicut tamen, ut quis amet, nec tamen magis cupiat congregandi.

REGULA IX.

Quorum unum potest esse sine altero illa non sunt idem.

Ut: non sunt idem formaliter continens & temporans, quia potest esse continens, ut non sit tem-

pe:

perans,
colligi p
altero e
sine gen
citer ide
tatis una
tamen i
se realite

Quorū
qu

I. N
ti, quor
qua dis
idem, (

liter di
II. Relati
nus tan
est. A
nitate,
pore so
quia m

III.
latione
cum p
trinsec

perans. Non est *artisq; oīov*: non enim ex eo colligi potest, aliqua esse idem, quod unum sine altero esse possit. Nam species non potest esse sine genere, neque tamen genus & species simpliciter idem sunt. Sic trium personarum divinitatis una non potest esse sine altera, simpliciter tamen idem non sunt, sed potius differunt inter se realiter, licet idem sint in essentia.

REGULA IX.

Quorum unum sine altero esse potest, vel quæ se juncta esse possunt, illa distin-

guuntur realiter.

I. Non est eadem hæc Regula cum præcedenti, quoniam non est idem, idem esse aliqua, & aliqua distinguiri realiter. Genus & species non sunt idem, (formaliter & simpliciter) nec tamen realiter differunt. Vide quæ Reg. III. §. I. diximus.

II. Inquis: Fundamentum Relationis & ipsa Relatio non distinguuntur realiter; nihilominus tamen fundamentum sine Relatione esse potest. Annon enim homo potest esse sine paternitate, seu ut non sit pater, tūm, quia longe tempore solet esse homo, antequām fiat pater, tūm, quia mortuo filio non manet pater?

III. Ut hoc dubium tollatur, notandum, Relationem importate formaliter aliquid intrinsecum partim, partim extrinsecum subjecto. Intrinsecum est ipsum fundamentum. Extrinse-

Eff 5

cum

cum est terminus, ad quem Relatio subjectum vel fundamentum formaliter refert, cum Relatio sit formaliter aliquid in subjecto ad terminum: sicut, cum Paulus dicitur similis Petro; quia uterque est pallidus, similitudo, quae Relatio est, importat aliquid in Paulō, nempe pallorem Pauli, & aliquid in Petrō, nempe pallorem Petri, qui pallor est extra Paulum. Jam igitur Resp. Relationē à fundamento non distingui realiter quantum ad intrinsecum, quod importat; & hāc ratione fundatum sine eā esse nequit, quoniam est ipsum fundatum. Quod autem Relatio à fundamento abesse, & sic fundatum sine eā esse potest, id accidit propter terminum; quia enim fundatum esse potest sine termino, & verò Relatio formaliter includit terminum, idē ratione termini fundatum potest esse sine Relatione. Et ex hac parte concedo, Relationem differre à fundamento realiter. Sic ergò explicò Regulam: *Quorum unum sine altero esse potest, illa distinguuntur realiter, quantum ad id, secundum quod unum sine altero esse potest.*

IV. Dicis ulterius: Petrus potest esse sine præsentiā, qua est præsens templo, cum enim amplius non est in templō, est sine illa præsentiā. Petrus tamen & ejus præsentia non distinguuntur realiter, sed modaliter solum.

V. Ex. Modalem distinctionem non habeo pro peculiari genere distinctionis, distinctio à distinctione

ditione reali, idèò & modalis distinctio realis est.
Aliàsdicitur, distinctionem realem sumi duplicit-
ter: 1. *Lati*, & sic dicitur omnis ea distinctio, quâ
aliqua citra mentis operationem distinguuntur,
& comprehendit modalem. 2. *Stricti*, ut oppo-
nitur modali, & est ea, quæ est inter rem & rem.
Posset igitur dici, distinctionem realem in Regu-
la nostrâ latè sumi, ut modalem comprehendit.
Vide Soarium disp. Metaph. IX. s. II.

Regularum Philosophicarum
DISPUTATIO XIX.

continens

REGULAS XVIII.

pertinentes ad doctrinam.

OPPOSITORUM.**REGULA I.***Opposita non possunt dici de eodem.*

I.

Cum audis vocem *opposita*, hoc ipso mo-
neris, ne pro oppositis habeas, quæ reve-
rà opposita non sunt: facilis enim hâc in
parte deceptio est, hoc est, facile pro op-
positis accipiuntur, quæ opposita non sunt, cum
vox est æquivoca. Ita e. c. cù Christg Pharisaos vo-
cat *cœcos*, qui tamen videbant, noli existimare,,
opposita de eodem dici. Nam vox *cœcus* ibi non
significat illum, qui destituitur facultate videndi,
quæ per oculos exercitur, sed traducta est ad animæ

& si